

Aduerteneias para

uincia vel custodia tunc puto q̄ ipsi abo pos-
sunt uti præfatis gratiis, ac si specialem à suo
prælato haberent ad hoc licentiam. Hoc fun-
datur in cap. Intelligētia, de verbo, signi, vbi
sic dicitur. Intelligentia dictorum [secundū
glo. verborum quē prolatā sunt] ex causis est
iūmenda dicendi, vbi dicit glo. Non sta-
tim debemus intelligere verba, sicut prima
facie videtur sonare, maxime si ambigua sunt.
Sed debemus recurrere ad intentionem loquē-
tis. Nam dicitur in. d. c. Non sermoni res,
sed rei, sermo est subiectus. Quasi dicat. Ver-
ba sunt subiecta intentioni, & intellectui lo-
quentis, vt verba secundum eius intentionē
intelligātur, & econuerso. Vbi addit glo. q̄
verba etiam ad extraneum sensum sunt trahē-
da, vbi res aliter salua esse non potest. c. Cū
quidam, de verborum Signi. Et propterea in
proposito nostro, quamuis verba indultorum
præmissorum non possent in proposito salua-
ri, vt scilicet virtute eorum præfati duo fra-
tres possint uti gratiis prædictis. Tamē quia
constat de intentione Papæ qui prædicta in-
dulta concessit venientibus ad Indias, quia
[vt patet] intendi per tales gratias, augere
cultum diuinum, & fidem, si modus quē Pa-
pa